Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·Y·

et linum fumigans non extinguet. In uictoria educet iudicium non erit tristis neq; turbulentus donec ponat in terra iudicium et legē eius insule expectabunt. ¶ Ecce inquit seruus meus. Ille indicet qui secundū eriniam formam sui accipiens. Electus meus de quo dr. Dilectus meus candidus et rubicundus. elatus ex milibus. Suscipiam eum. Sicut ipse ait. Ego dominus et sompnū cepi et resurrexi. quoniam dns suscepit me. Complacuit sibi ut in illo habitaret iustus anima q̄ potentia mea. Nunc ipse ait. Ego sum in patre et pater in me est. Itemq; Ego et pater unum sumus. Dedi spm meum super eum. Scōm illud. Super quem uideris spm descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat. Ipse quoq; de se loquens ait. Spus domini super me. Iudicium gentibus profert. Sicut in psalmis dr. Deus iudicium tuum regi da. Non clamabit. quoniam sicut agnus ad mactandam ducetur nō aperuit os suum. Neq; accipiet psonam. hec enim et tpi sui in mutua confessi sunt dicentes. Magistrum scimus quia uerax es et uiam dei in ueritate docetis. et nō est tibi cura de aliquo. Non enim respicis psonam hominis. Nec audiet foris uox eius. Quoniam solummodo in fra omnes uirtute pficiunt. Sicut ipse ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Calamum quassatum nō frget. id est peccatores uirtute uacuos et auditus contrquassatos nō cōtempnabit. si paucio affectu ad pniam reuocabit. Vnde mulieri adulere. Non ego te condempnabo. ingt uade et iam noli peccare. Et alibi. Confide filia dimittuntur tibi pccta tua. Illi autem calamos quassatos contrebant qui sic peccatores pententis onerabant ut ul'sb fasce mori ul'de iure eos nece cēt cum nec digito suo uel leni ea mouere. Et linum fumigans non extinguet. Cum enim scribis et phiseos qui cum indignatione et murmuria arcebant et fumigabant sed potiusquam extinguere et in fauillam redigere posset malunt tamen ab eis crucifigi quoniam eos ipse occideret. Vnde et beato petro qui extempto gladio eos extinguere uolebat precepit ut gladium in uaginam mitteret dicens. An putas quia non possum rogare patrem meum et exhibebit mi plusq̄ duo decim legiones angelorum. In uictoria educet iudicium. Non enim secōm faciem iudicabit. Non erit tristis neq; turbulentus. Sed omis in hyla

ritate sua multos letificabit. Vnde et ypocritas de tristitia reprehendit donec ponat in terra iudicium in ultimo iudicio tpis qui bonis ma li astabunt ante tribunal tpi. Et legē eius insule expectabunt. id est omnes huius mundi nationes quas undiq; mare circumdat. Et que pturbationibus seculi assidue quatiuntur.

Hec dicit dominus deus creans celos et extendens eos firmans terram et que germinant ex ea dans flatum populo qui est super eam et spm calcantibus illam. Ego dominus uocauit te in iustitia et apprehendi te in manu tua et feci te in fedus populi in lucem gentium ut aperiens oculos cecorum et educens de conclusione uinctum de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus. hec est nomen meum. Gloriam meam alū non dabo et laudem meam sculptilibus. Que pima fuerunt ecce uenerunt. nouaq; quoq; ego annūtio antq̄ orianturē audita uobis faciam. ¶ Nam qm dicit ecce filius meus suscipiam eum ut manifestius intelligatur quis hec loqueretur ul de quo loqueretē ait. hec dicit dominus deus. Non utq; uipri oxus ul'oxirinus si ille q celos et nihilo creauit qui extendit eos sicut pellem qui etiam firmauit et fundauit super aquas et qui fecit ea que nascuntur et que germinant in ea. Qui dat flatum populo qui est super ea. Sicut de pmo homine dicitur insufflauit in faciem eius et fecit ei spiraculum uite et spm calcantibus illam. id est iustis animantibus suis hus dat spm scm qui carnem animae sibi uiuunt potestati. Ego inquit dominus qui talis sum qui hec et illa feci uocauit te in iustitia in qua omnibus gentes indicatus es. Et apprehendi manum tuam. Scōm illud. Tenuisti manum dexteram meam. Vna est enim operatio et patris et filij. Et fuiui eos p quos rogasti me. Et feci te in fedus populi. vt in te uno iungant et conueniant q prius abinuicem distrahebant. Non enim es iudex deus tantum sed et gentium quibus lux factus es et illuminatio. vt aperiens oculos cecorum. Qui uiriores oculos non habebant. Et educens de conclusione uinctum. hec expoit de domo carceris sedentes in tenebris. hec aūt factum est qm infernum expoliauit. Ego dominus. hec est nomen meum. Sic uocor. cum michi fuerit hoc nomen cognoscunt. Gloriam meam alū nō dabo. et laudem meam sculptilibus. Ecsi

bus. Ecsi